Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift



51

Beata gens cuius
est dominus deus eius
populus quem elegit in hereditatem
sibi. De celo respexit dominus vidit
omnes filios hominum. De parato
habitaculo suo respexit super omnes
qui habitant terram. Qui finxit
singillatim corda eorum qui intelligit
omnia opera eorum. Non saluatur
rex per multam virtutem et gigas
non saluabitur in multitudine
virtutis tue. Fallax equus ad salu-
tem in habundantia virtutis
sue non saluabitur. Ecce oculi
domini super timentes eum et
in eis qui sperant super misericordia eius
Ut eruat a morte animas eorum
et alat eos in fame. Anima nostra
sustinet dominum quia adiutor et pro-
tector noster est. Quia in eo letabi-
tur cor nostrum et in nomine sancto
eius speramus. Fiat misericordia tua domine
super nos quemadmodum speraui-
mus in te psalmus